

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum tota bonitas, & malitia exterioris actus depe[n]deat ex bonitate  
uoluntatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## QVAEST. XX.

**M**oraliter: id est voluntas eius est mala. Secunda est, quia hoc bonitas penderet a ratione, & non a voluntate: sed quomodo hoc verum sit, in sequenti tractabitur art. Et quod reliquum est, scilicet, quomodo bonitas actus propria exterioris in executione sit a voluntate, in 3. art. tractabitur.

**S**uper Quæst. 20.  
Art. secundum.

**I**n titulo 2. art. statim dubium occurrit, quomodo possit determinationem, q̄ bonitas aliqua prius conuenit actui exteriori, quam voluntatis, dubitari nō potest, an tota eius bonitas penderet ex voluntate. Si enim prius conuenit q̄am voluntatis aliqua bonitas, licet sit prior natura: sed tamen quod est in causa agentis, est omnibus modis prior. Voluntas autem comparatur ad actum exteriorum, sicut causa efficiens: unde bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus, sicut in causa agente existens.

**q̄** finis est prior in intentione, sed est posterior in executione.

**A**d tertium dicendum, q̄ finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. Dicitur enim Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala facere fructum bonos: per arborē autem, intelligitur voluntas & per fructum, opus, secundum glo. ergo non potest esse, quod voluntas interior sit bona, & actus exterior sit malus, aut econtra.

**¶** 2 Præt. August. dicit in lib. Retractationum, \* quod non nisi voluntate peccatur: si ergo non sit peccatum in voluntate, non erit peccatum in exteriori actu: & ideo tota bonitas vel maliitia exterioris actus ex voluntate dependet.

**¶** 3 Præt. Bonum & malum, de quo nū loquimur sunt differentiae moralis actus: differentie autem per se diuidunt genus secundum Philosophum in 7. Merap. \* Cū igit̄ actus sit moralis ex eo, quod est voluntarius, uidetur, quod bonum & malum accipitur

**A**d secundum sic procedit. Videtur, quod tota bonitas, infra ipsi actui humano exteriori, quam voluntati. Adhuc restat ambiguum, an etiam illa bonitas, qua prius ei conuenit, penderet a voluntate. Licet enim prius non dependeat a posteriori, quod tamē prius inest alio, potest dependere ab eo, cui postterius inest. Et est simile, si concluso, quod sanum prius inest animal, quam medicina, & quaratur an sanitas animalis dependet a medicina.

Circa doctrinam in corpore eiusdem secundi articuli traditam, dubium occurrit quadruplex. Primo, quia sicut bonitas ex materia & circumstantijs est ex ratione, ita bonitas finis: neque enim finis, neque actus quicunque pertinet ad genus moris, nisi ut sit sub ordine rationis. Ratio ergo est causa omnis bonitatis: utique ergo bonitas debuit in rationem reduci, & non altera in voluntatem, & altera in rationem, ut in litera fit.

Secundum dubium est, quia aut hic sermo est de actu exteriori absolute, aut ut est in executione. Si absolute, cum sic præveniat voluntatem, ut obiectum, nihil aliud est dicere, quod bonitas actus exterioris, non est a voluntate, quam dicere, quod bonitas obiecti voluntatis non est a voluntate: & cum hoc commune sit utrique voluntatis obiecto, scilicet fini, & actui exteriori, debuit de utroque dici, quod non dependet a voluntate, & non disparet iudicium proferri, ut in litera fit. Si autem, ut est effectus voluntatis, cum bonitas utique ex obiecto ad actum voluntatis, & ex actu voluntatis in actum exteriorum imperatur, & factum deuenient, par quoque debuit proferri sententia, quod utraque scilicet est a voluntate dependente ab obiecto sub ratione, & non sicut in litera fit, altera tantum bonitas in voluntatem reduci.

Tertium dubium est, quia cum una circumstantiarum actus exterioris, sit finis, oportet quod bonitas actus exterioris ex genere & circumstantijs dependeat a voluntate: quoniam ab ea dependet bonitas ex fine, ut in litera dicitur. Est ergo implicatio, dicere, quod bonitas actus exterioris ex fine dependet a voluntate: & quod bonitas eius ex genere, & circumstantijs non dependet ex ea. clauditur enim in hac bonitas ex fine.

Quartum dubium est directe contra bonitatem actus exterioris in executione: quia cum respectu voluntatis obiectum & finis coincidant, ut dictum est, actus exterior obiectus voluntatis, oportet quod sit eius finis, ac per hoc voluntas sit bona ex eo, sicut ex fine. Et tunc sic bonitas ex fine in actu exteriori penderet contra ex voluntate, quia finis est obiectum proprium voluntatis: sed bonitas actus exterioris est bonitas ex fine, quia actus exterior obiectum & finis est voluntatis. ergo tota bonitas actus exterioris penderet ex voluntate: & idem est iudicium de utrique bonitate.

**F** Ad primum horum dicitur, quod hic non comparatur finis auctui exteriori, ut argumentum credit: sed comparatur bonitas vel maliitia ex fine in actu exteriori inuenta, bonitati vel maliitia ex genere & circumstantijs in eodem existenti. ubi gratia, In hoc actu, ut re sua quando oportet &c. propter bonum patrī, inueniuntur duplex bonitas: scilicet ex fine, quia propter bonum patrī: & ex genere & circumstantijs, quia re sua quando oportet &c. Et sit hic comparatio earum, & dicuntur primū quod bonitas ex fine in huiusmodi actu inuenta penderet per se ex interiori actu voluntatis: quia finis ex hoc quod est proprium voluntatis solus obiectum, conferunt inter actus auctui voluntatis primū bonitatem suam: ita quod voluntatis actus est primū bonitus tali bonitate. & per ipsum talis bonitas conuenit, cuncte conuenient: & consequenter actus humanus exterior patus habet, & quod sit tali bonitate bonus ex actu interiori voluntatis. Dicitur secundū, quod bonitas ex genere, & circum-

stantijs in eodem actu inuenta, non penderet ex voluntate: quia non ideo hic actus est sic bonus, quia nū ipsum est bonus, sed econtra: sed penderet ex ratione: inter potentias enim animalia principia moralis bonitatis, vel maliitatis sunt ratio vel voluntas. Si ergo voluntas non est per se causa huius, relinquitur, & ratio fit. Etreuera, ratio est principium non solum huius, sed etiam omnium bonitatis & maliitatis moralis, quia est principium totius esse moralis: sed quia bonitas inuenta in exteriori actu ex fine penderet non solum ex ratione, sed etiam per se ex voluntate interiori, ex genere autem & circumstantijs ex ratione solum: ideo illa in voluntatem, ut proximam per se causam, haec in rationem deducita est.

Ad secundum dicitur, quod licet hic sermo sit de actu exteriori simpliciter, & non restricto ad executionem: tamen iungendo ipsum cum dictis in articulo praecedenti, potest dici, quod hic est sermo de actu exteriori utroque modo, ut in litera patet. Et cum contra primum membrum obiectum respondere primo, quod non est idem loci de actu exteriori absolute, & ut obiectum est, voluntatis: & consequenter non est idem dicere. Actus exterior est secundum se bonus vel malus, & non ex voluntate: & dicere, quod obiectum voluntatis est bonus secundum se, & non ex voluntate. Actus enim exterior secundum se, ab obiecto non obiecto voluntatis. Dicitur secundū, quod hic etiam incidit error, sicut in priori dubio: quia non fit comparatio obiecti ad obiectum, puta, actus exterioris ad finem: sed bonitas actus ex fine, ad bonitatem eiudem ex genere & circumstantijs. Unde dato, quod idem sit iudicium de bonitate actus & finis, quod scilicet neutra penderet ex voluntate, non tamē est idem iudicium de bonitate ex fine participata in actu, & bonitate eiudem secundum genus & circumstantijs: quia illa ex voluntate, haec non, penderet. & hoc sit in litera. Tertio dicitur, quod si comparetur obiectum ad obiectum, adhuc aliquid singulare insinuaretur in actu, quod non in fine, dicendo, quod bonitas actus extrinseci obiecti non est ex voluntate, quia hoc obiectum differt a fine dupliciter. Primo, quia est actio quedam: Secundū, quia est dependens a voluntate, est enim actus humanus: finis autem nec dependens aliquid a voluntate, nec actionem aliquam exprimit. unde dicere de actione a voluntate dependente, quod nec dependet in propria bonitate ab actu interiori voluntatis, aliquid amissione dignum est: non sic de fine, quoniam liquidum est. Ad id uero quod contra secundum membrum obiectum, dicitur, quod licet actus exterior in executione habeat bonitatem utramque ex voluntate, & voluntate ab

ab obiectis, dissimiliter tamen hoc sit: quia bonitas ex fine de-  
scendit actuū interiore voluntatis per se & formaliter: in  
actū uero ex exercitu in executione, denominative tantum.  
Bonitas uero ex genere & circumstantia ex obiecto derivatur in  
actū interiore, denominative tantum, & per eum in actū

exercitu formaliter: sicut ex fine in  
animali, denominative  
medicina sana,

qua animal fit sanus,  
formaliter: unde nō  
est de utraque boni-  
tate eadem ratio, e-  
ciam in executione.

**R**ESPON. Dicendum, quod  
sicut iam dictum est,\* In exteriori  
actū potest considerari duplex  
bonitas, uel malitia. Una secundū  
debitam materiam & circumstan-  
tias. Alia secundum ordinem ad  
finem. Et illa quidem qua est se-  
cundum ordinem ad finem, tota  
dependet ex voluntate: illa autē  
qua est ex debita materia, uel cir-  
cumstantiis, dependet ex ratione.  
& ex hac dependet bonitas vol-  
luntatis, secundum quod in ip-  
sum fertur.

Est autem cōsiderādū, q̄ sicut  
supra dictum est\*, ad hoc q̄ ali-

voluntati formaliter, & vocata ex obiecto, non, praecepit cum

obiectum etiam si finis voluntatis: & hac quæstio solvetur in solutione quarti dubii.

¶ Ad tertium ergo dubium dicitur, quod si possit separari bonitas aliquis finis ut circumstantia est, a bonitate eiusdem, ut spe-  
cificans eiusdem actus, facile dici posset distinguendo, q̄ finis ut circumstantia, spectat ad bonitatem actus exterioris ex ge-  
nere & circumstantiis: finis autem ut specificans, spectat ad voluntatem: & sic non est implicatio dicere, quod bonitas ex fine in  
actū exteriori penderet ex voluntate: & quod bonitas ex genere &  
circumstantiis, etiam finis, non penderet ex voluntate: quia in prima ex-  
positione est, ferro de bonitate ex fine specificante actū ex-  
teriori formaliter sumptum: in secunda uero de bonitate ex fine & circumstantia eiudem materialiter sumptum. Sed quia intelligi-  
non potest, quod idem numerus actus exterior moralis, si talis  
materialiter sumptus ex aliquo fine, ut circumstantia, & non sit ta-  
lis formaliter sumptus ex eodem fine, ut specificans (non enim  
si quis orat ut furetur, intelligi potest, quod oratio sit mala ex fur-  
to circumstantia: & oratio ut uoluntas sit non mala ex furto specificante). Et rursus, quia finis ut finis licet adiunctus, est circumstantia  
actus exterioris moralis, ut ex supradictis patet: & finis ut finis est  
obiectum proprium voluntatis) Ideo dicendum est, quod bonitas ex fine circumstante, siue specificante, media voluntate ad ex-  
teriori actū pertinet: ita quod actus exterior non habet boni-  
tatem ex fine circumstante, nisi dependente a voluntate: & bonitas ex fine derivatur in actū interiore voluntatis specificante  
& formaliter in actū uero exteriori formaliter sumptum, id  
est, ut sub interiore: specificantem quoque, sed secundario: in  
eundem autem materialiter sumptum, ut adiacens circumstantia.  
Cum ergo comparatur bonitas exterioris ex fine, ad bonitatem  
eiudem ex genere, & circumstantiis, intellige ex circumstantiis  
manibet pure circumstantia, qualis non est circumstantia finis:  
quia ut superior est dictum, transit in specificans, & consequenter  
substantiale.

¶ Ad quartum dubium, antequām respondeatur, aduentendum  
est, quod quia queritur diueritatem bonitatis in ipso actu voluntatis ex fine, & ex actu uolito, seu obiecto: & contra hanc diuer-  
itatem arguit, & haec diuersitas dicitur confituisse in hoc: quod  
bonitas ex fine in eis voluntati formaliter: bonitas autem ex actu  
uolito in eis voluntati denominative, propter rationem supradictam, scilicet quia inter actus, bonitas ex fine primo saluat-  
ur in voluntatis actū, cuius finis est proprium obiectum: boni-  
tas autem ex materia & circumstantiis, primo saluat in ipso  
actū exteriori. Quia ergo haec sunt connexa, primo uidebatur  
quare finis bonitatis voluntatis formaliter: & actus uolitus, qui  
est etiam finis quia obiectum & finis respectu voluntatis est id, non  
bonitatis ipsam formaliter: sed denominative, & sic deinde  
formaliter satisfiet quæsto. Dicunt ergo quod quia, ut in artic. 2.  
quæsto precedentem dictum est, differens bonitas actus interio-  
ris voluntatis ex obiecto & fine, per accidens invenitur in eodem;

**A** ideo bonitas ex fine, qui concurrat per se, inest formaliter: boni-  
tas autem ex obiecto, denominative. Sed haec responso peccat  
secundum non causam ut causam. Ex hoc enim, quod differen-  
tia duarum bonitatum in actu interiore voluntatis est per acci-  
dens, non sequitur, quod utraque secundum se, aut altera, inest

denominative eidē: stat enim quod distin-  
ctio eorum concurrit per accidens in eode,

& tamen utraque secundum se inest: sicut  
stat concordum creditoris & debitoris  
in eandem plateam esse per accidens, &  
tamen iter virtusque secundum se, ad il-  
lum locum esse. Dicitur aliter, quod quia  
actus exterior in causa posito non concur-  
rit sub ratione finis, sed obiecti, licet sit fi-  
nis: immo distinguitur causa finem, cum  
dicatur bonitas ex fine, & bonitas ex obie-  
cto: & sola bonitas ex fine sit formaliter  
in voluntate: quia so-  
la est ex proprio obie-  
cto ut sic, ideo boni-  
tas in actu interiori  
voluntatis ex fine, est  
formaliter, & ex obie-  
cto, est denominative. Et secundum hoc oportet dicere, quod  
quando actus exterior est finis, dat bonitatem actu interiori for-  
maliter: quando uero est obiectum tantum, dat bonitatem in-  
teriori actuū denominative. Verbi gratia, Si quis uult fornicari,  
non propter alium adiunctum finem, actus interior voluntatis  
erit in specie fornicationis formaliter: quia fornicari est finis.  
Si quis uero uult fornicari propter furari, tunc actus interior vol-  
luntatis erit in duabus speciebus, scilicet in specie furri formaliter:  
in specie uero fornicationis denominative. Sed quoniam  
superius dictum est, quod voluntas in quocunque fertur, aut fer-  
tur sub ratione finis, aut propter finem: & quando fertur, in  
propter finem, fertur formaliter in finem: ideo non consonat  
dicere, quod actus exterior in causa posito non est uolitus ut finis,  
sed ut obiectum tantum. Oportet enim ut finem, uel propter finem  
esse uolitum, sed non propter finem tantum: quia etiam secun-  
dum se propter propriam bonitatem est uolitus: unde & in pro-  
pria reponit specie actuū interiorē voluntatis, licet denominati-  
ve. Ergo. Et confirmatur, quia in 2.art. præcedentis quæstionis, ubi  
dicitur, quod non differt in uolitatem bonitas ex fine & obiecto,  
expresse obiectum ipsum vocauer finis, cum subditur, nisi sicut  
finis dependeret ex fine. Alter ergo distinguendo de fine & subfini-  
ne: & quod quando quis uult fornicari ut furetur, furtū est finis:  
fornicatio uero subfinis: & quod finis facit actuū interiorē for-  
maliter talēm, subfinis autem denominative. Sed haec responso  
non satisficit: quoniam ex distinctione subfinis à fine, nihil aliud  
apparet sequi, nisi quod finis principale locū teneret, & subfinis  
secundarium: ac per hoc finis bonificabit formaliter actuū interiorē  
rem voluntatis, cum subfinis claudatur infra latitudinem finis,  
etiam ipse bonificabit eundē formaliter, licet secundario. Alter  
ergo occurrit dicendum. Ad cuius evidenter nota tria: Primum  
est, quod sicut sunt duo genera humanū actuum, scilicet actus  
interior voluntatis, & actus voluntatis exterior: ita dantur duo  
propria bonificativa actuum formaliter, scilicet finis & materia  
cum circumstantiis. Et finis quidem ut sic, bonificativa est interio-  
ris actus voluntatis, ita quod ipse est primo formaliter boni-  
tatis autem cum circumstantiis, bonificativa est actus exterioris voluntatis, ita quod ipse primo est formaliter  
bonus ex materia & circumstantiis. Secundum est, quod li-  
cet multipliciter contingat bonitatem derivari ex uno in al-  
liud, puta, sicut ex fine, uel obiecto, seu materia circa quam,  
uel circumstantia, uel actione: in proposito dupliciter con-  
tingit bonitatem actus derivari in aliud actū. Vno modo  
ut sic: ita quod quia talis actus, in quantum actus, est bonus,  
ideo ille alias actus, in quantum actus, est bonus. Alio modo,  
ut alter eorum, uel uterque induit rationem finis, uel obie-  
cti cuiuslibet alterius. Differunt autem inter has duas deri-  
vationes est, quod prima derivatio, ut dico Thomæ placet in  
calce sequentis articuli, est secundum denominationem tan-  
tum, ita quod nec actus exterior ab interiori, nec interior ab

Prima Secunda S.Tho. G 2 exteriori

## QVAEST. X X.

exteriori sit bonus formaliter, sed denominatur ideo bonus, quia est ab illo, aut ad illum. Secunda autem deriuatio, quando est a fine quia de aliis non est cura praesens, secundum formaliter est inhaesio nem bonitatis. Vnde cum quis vult fornicari, vt fuerit, licet furum sit actus exterior: quia tamen concurreat ad actum interiorē voluntatis ut finis, qualiter eum formaliter, & reponit in specie furui formaliter. Tertium est, quod ratio finis boni vel mali, & actus boni vel mali, inveniuntur separate, & coniuncte. Separate quidem, q̄ scilicet est finis & non actus: ut cum quis vult Deum esse, & econseruo, quod est actus & non finis, ut cū quis vult actum indifferentē, puta, leuare festucam de terra: vel voluntum nisi propter finem, ut proiecōne mercum in mare. Coniuncte vero ita quod fini coniungitur actus, sicut cum quis vult fornicari propter futuri enim tunc habet primo rationē finis, cui substeruitur actus furandi: vel actus coniungitur finis, sicut in exemplo positivo, fornicari, tenet primo rationē actus, cui coniungitur ratio finis: dum non solum ille vult incurrire malum futuri, sed etiam malum fornicationis, qui propter futrum non incurrit malum incelus materni. Hoc enim signum est, quod vult vel horret etiam malitia actus talis secundum se, quod est uelle illum ut finem. Ex his autem dicitur ad motum dubium, quod fieri dicens, quod finis qualificata formaliter actum interiorē voluntatis, actus autem exterior denominatur tantum, intelligendus est formaliter, in quantum finis, & in quantum actus: cum tamen sit quod actus exterior, ut finis, qualificat voluntatis actum interiorē formaliter: sive actus exterior rationem habeat finis principialis, sive secundarij. Vnde sicut non inconvenit, quod in exemplo positivo, scilicet cum quis vult fornicari, ut fuerit, quod futura malitia ex genere & circumstantijs deriuere formaliter in actum interiorē voluntatis, in quantum haber rationem finis, & non deriuere in eundem, nisi denominatiū, in quantum haber rationem actus: ita non inconvenit quod fornicationis malitia ex genere & circumstantijs, in quantum haber rationem actus, non deriuere in actum interiorē voluntatis nisi denominatiū: & in quantum haber quandam finis rationem, deriuere in eundem formaliter. Et sic, cum idem est actus & finis omnino, ut cū vult quis fornicari, non propter alium finem &c, actus interior voluntatis ex fornicatione, ut haber rationem finis, est malus formaliter. Et ex eadem, ut haber rationem actus, est malus denominatus. Stat ergo solilio in formaliter, quod actus volitus in quantum actus, & in quantum finis, distinguendus est: & quod ex ipso in quantum actus, uerificatur, quod alter bonificat, & alter, & aliunde est bonus. Et secundum hoc patet, quod non eodem modo tota bonitas actus exterioris in executione, comparatur ad voluntatem: quia sola illa, qua ex fine est, a voluntate penderet; reliqua enim a scipio per voluntatem descendit in scipium in executione. Et si omnia consonant: immo ut in levigatis huius questionis parebit, non uideat possibile fallare doctrinam authoris, De identitate & diversitate: & de additione bonitatis & malitiae actus exterioris ad interiore, nisi sic eam intelligendo.

*¶ Super questionis uigesima Articulum tertium.*

In titulo articuli tertii eiusdem vigesima questionis, quæstio est De identitate numerali. &c.  
In corpore eiusdem articuli, aduertere duo, Primum, est Duplex: er aliqua accidentia distinguuntur, numero scilicet, vel propter numerationem subiecti, ut albido in Sorte & Platone: vel propter numerationem essentia, ut albido & dulcedo in eodem pomo. Et propterea litera intendens, quod utraque bonitas est intus, & utraque extra, & ponens quod uterque actus est unus actus in genere moris, vult quod quandoque sit una nu-

## ARTIC. III.

F meritate subiecti & essentia, quandoque duæ numerotatæ essentia, non subiecti: quia uterque actus est unum subiectum numero. Secundum est, quod hinc expreſſe, ut responſio ad tertium manifestat, habet, quod deriuatio bonitatis vel malitiae ex actu in actu, non est formalis, sed denominativa tantum.

¶ Sed fuit hic pli-

ra dubitatione digna,

Primum est, si actus

exterior & interior

sunt unus actus, &

unum subiectum nu-

mero in genere mo-

ris, quorum tanta

questio de priorita-

te, dependet, & cauſalitate bonitatis

& malitiae moralis

vnius ab altero? Hæc

enim cum diuersitate

supponunt per

accidentem, ad mora-

lem doctrinam spe-

ctare uidentur. Secun-

dum est, quia author

diminutus uideat.

Bonitas enim actus

exterioris, tripliciter

se habet ad boni-

tatem actus interio-

ris. Primo, ut ha-

bens omnino eandem

bonitatem, ut potio

amaro. Secundo, ut

habens omnino alia

secundum se, ut bene epulari propter sanitatem. Tertiò, ut ha-  
bent ex se & non ex alio fine: ut cū actus exterior propter se  
est volitus, puta contemplatio uel adulterium: hic enim tertius  
modus in litera non ponitur, & tamen frequentissimus est, dum  
voluum actus uirtutum uel uitiorum non propter alium finem.

Tertium est, quia voluntaria uidentur doctrina authoris quod ad  
hoc, quod deriuatio bonitatis vel malitiae actus ab actu, non est  
secundum formam, ut calidum deriuatur ex calido: sed secun-  
dum denominationem, ut famum denominatur in alijs à fano in  
animali. Quartum est circa ipsam conclusionem, contra quam  
arguit Scotus in quo, cap. 18. tripliciter probando, quod non  
est eadem bonitas vel malitia actus interioris & exterioris. Pri-  
mo, auctoritate Aug. 13. de Tri. dicens, quod male uolendo mi-  
serit, minus tamen effet, si nihil eorum quae perperam uoluit, ha-  
bere posuerit. Secundo ratione, quia alia est integritas requisitorum  
secundum rationem rectam ad bonitatem actus interioris,  
& alia requisitorum ad bonitatem actus exterioris, ergo. Tertiò  
etiam ratione, quia nihil est causa, medium, & ratio similius: sed  
actus interior bonus & exterior bonus se habent in bonitate ut  
causa & causatum, ut immediatum & medium, & huiusmodi.  
ergo. Quartò arguit contra idem Grego, de Arimino in libro  
fenteriarum. Actus exterior est malus, & non est illud malum  
quod est actus interior, ergo sunt duo mala, probatur minor: quia  
adulterium, nō est uelle adulterari, nec homicidium est, uelle ho-  
minem occidere, & sic de aliis. Sunt et apud Capreolū in 4. dis.  
1. multa, quæ uide ibi: ex his enim folius satisfacit credimus.

¶ Ad primum horum dicitur, quod sicut in naturalibus, quando unum numero conatur ex pluribus, non per accidens, nec fru-  
stra queritur quid ex quo in alterum redundat, ut patet in compo-  
sitis ex materia & forma: ita in moralibus, licet actus imperas  
& imperatus sit unus numero actus, non ut simplex, sed ut compo-  
situs, non frustra, nec per accidens queritur, quid ex quo pro-  
cedat.

¶ Ad secundum dicitur, quod hoc obiecto restatur illam esse au-  
thoris mentem, quam in precedenti articulo diximus, scilicet,  
quod distinctio bonitatis ex fine & actu intelligitur formaliter,  
id est, inquantum finis & inquantum actus. Propterea enim non  
oportet tertium membrum in litera ponit: sed sub secundo mem-  
bro comprehenditur, quandoquaque actus exterior est secundus  
se bonus: quando quodquis uoluit fornicari, non propter aliū finē,  
malitia actus interior & exterior est alia, & alia, non specie,  
sed numero: ita quod actus interior: voluntatis, est malus for-  
maliter propria malitia fornicationis, quam habet ex fornicatio-  
ne ut finis: & actus exterior est malus etiam formaliter propria  
malitia fornicationis, quam habet actus ex genere suo.

¶ Ad tertium dicitur, q̄ doctrina hec non est uoluntatis, sed in

litera tangit eius fundamentum: quia scilicet, quando aliquid

dicitur tale ex ordine ad aliud, dicitur denominatiū: & non

oportet dici formaliter. Quod enim habet aliquid in se formaliter

autem, dicitur tale secundum scipium, ut patet inducitū. Constat